

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne, I.U.D. & Professor Ad Exequias Quas Honestissimae Matronae Elisabetae Hempels/ Coniugi ac parenti suae desideratissimae Maritus ac liberi maestissimi hodie paratas cupiunt Omnes Academiae Cives peramanter invitat

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746813600>


Druck Freier  Zugang





Rahne, H.,
in E. Bohn,
uxor. J. Hempel.

Rost. 1648.

34.







PROGRAMMA

2^{VO}

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HENRICVS RAHNE,

J. U. D. & Professor

AD EXEQUIAS

Quas

Honestissimæ Matronæ


ELISABETÆ Gempels/

Conjugi ac parenti suæ desideratissi-

mæ Maritus ac liberi mæstissimi

hodie paratas cupiunt.

Omnes Academia Civis peramanter
invitat.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M, DC, XLVIII.

178

PROGRAMMA

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HENRICVS RANNE

J. U. D. & P. R. O. F. E. S. S. O. R.
C. O. N. G. R. E. G. I. O. S. I. S.

Honellissimi Maritoni

ELISABETA

Conjugi ac parentibus delictissimi

uxoris Maritoni de libris inchoatis

hodie pariter cupimus

Quibus Absentibus Ceteris presentibus

testibus

1723



ROSTOCHII

THEOPHILUS KILLI, eiusdem Typogr.
ANNO MDC. XLVIII.

1723



Non sumus æternitas, sed homines,
id est, particula Universi, ut hora
dici. Venire igitur nos oportet,
ut horam: & præterire, ut horam,
Nam, ut verbis Homeri utamur

— κῆρες ἐφρασαίν θανάτου

μοῦσαι, ἃς ἂν ἐστὶ φουγῆν βροτῶν, ἃδ' ὑπολήξαι.

— Parcæ mortalibus instant

Millenæ, quas nemo hominum vitet fu-
giatvé.

Nec magis mirum aut novum mori hominem,
quàm nasci. Atque his sine miseris tempori-
bus, non miseri illi, sed verè μακροίται, sed ex o-
mni parte felices beatique dicendi sunt, qui ex
hoc turbido mundi pelago ad portum venerunt:
illum, inquam, mortis portum, ubi liceat tutò
dicere!

— Spem, vota, timorem,

Compositus placido sine relinquo aliis.

Quem portum nudiusquintus attigit egregia ac
præstantissima matrona, ELISABETA, Inte-
gerrimi doctissimiq; Viri, DN. JOANNIS HEM-

RELII, Notarii publici & in iudicio Rostochiensis superiori Procuratoris fidelissimi Con-
jux. Nata Ea est anno recuperata gratia supra
millesimum quingentesimo octogesimo secun-
do, in opido, quod quatuor miliaribus ab urbe
nostra distans à salis communicatione cogno-
men *Sulze* accepit. Patrem habuit Integerrimum virum *Henrich Bohn* civem opidi jam
nominati laudatissimum. Matrem sortita
Zilsche Sehrmans fuit, virtutum muliebrium ac
honestatis exemplar insigne. Laus enim pietatis,
candoris atq; integritatis utrique parenti etiam
post mortem, quam ante tres & viginti annos
pater, & ante septendecim Mater oppetivêre,
apud incolas ejusdem loci adhuc hodie sarta
manet & recta. Qui parentes ipsi pietatis stu-
diosissimi eidem ut assuefacerent hanc Filiam
suam tanquam gratissimum depositum **CHRISTO**
Conservatori, extra quem ut nulla est pie-
tas; ita nec salus ulla, per lavacrum aquæ in ver-
bo primitus Eam inferi curarunt, & à teneris us-
que partim exemplo suo, blandissimo illo ju-
bendi genere, partim monitis ac præceptis salu-
bribus in veræ pietatis exercitio fideliter educa-
runt. Inter alia etiam ad rem domesticam rite
administrandam, quod inter humanas actiones
egre-

egregium est sexus sequioris ornamentum, manu quasi Eam duxerunt, & idoneam judicarunt, quæ ex aliorum œconomico regimine plura condisceret. Anno igitur ætatis decimo nono Rostochium missa fuit, commendata Uxori Clarissimi, Excellentissimi Consultissimiq̃ue DN. D. JOANNIS SIBRANDI b. m. Professoris olim in hac Academia celeberrimi, ac postea Reipub. hujus opidanæ Syndici gravissimi, meritissimiq̃ue. Cujus rem familiarem per novem fere annos eâ procuravit fidelitate, ut filiæ instar eam dilexerint, ejusq̃ue fidei ac dispensationi omnia tutò commiserint. Quam fidelitatem remunerari volens SIBRANDUS eandem Integerrimo doctissimoq̃; viro DN. JOANNI HEMPELIO Notario publico, & in Judicio Rostochiensi superiori Procuratori dexterrimo fidelissimoq̃; nunc viduo mœltissimo, anno CHRISTI clō Io cxi, ætatis suæ vigesimo octavo, justis nuptiis collocavit: tam auspicato ac feliciter, ut major concordia manere junctos matrimonio temerè non possit. Cui laudi non impar sæcunditatis gloria accessit. Nam edidit marito liberos ternos, quod instar ultimæ lineæ est, quâ matrimonij felicitas absolvi solet; filias duas, filium unum, E' filiabus CHRISTINA PE-

TRO Joendorffen / Civi hujus Urbis spectatis-
simo nupsit, altera DOROTHEA quæ, dum
fata Deusque sinebant, curam domus tuendæ
magnam partem juxta cū matre sustinebat, quo
nomine hactenus non absque lacrymis ab Ea
maximè desiderabatur, ante ipsum decennium,
eādē quā nunc mater hebdomade, terræ o-
mnium matri reddita fuit, Filius is est, quem no-
vistis omnes, JOANNES HEMPELIUS Phi-
losophiæ Magister, vir & ingenii boni & judicii
acerrimi, quem comodo patriæ DEUS opt. max.
diu incolumem conservet. Nempe ut paren-
tum officium est, non tantum ut ipsi probi sint,
sed ut liberos tales efficiant: ita ELISABETA
quam semper studuit, DEO se piam, probam,
hominibus uti præberet, tam liberis suis eosdem
ut mores atque affectus indueret maturè, sedulo
semper operam dedit. Eas verissimas opes & lo-
cupletissimum patrimonium illud statuens,
quod in virtutibus à parentibus haustis posside-
tur. Quippe quod neque flamma consumere,
nec intercipere hostis, nec ulla delere vis ac de-
mere potest. Infirmitate corporis ferme conti-
nua afflicta fuit, à qua licet per sæpe domi detine-
retur, eam tamen gessit animæ curam, ut vel in-
tra privatos parietes DEUM suum rite coleret

ac


hil se ardentius à DEO petere, quàm hanc gratiam, ut si diutius superstitem vellet, templa visitare & cætui sacro interesse pateretur. Quantum alias per valetudinem licuit, ad ædes sacras properare frequenter visa fuit: nec ullum acroama, æquè audivit libenter, quàm verbi divini præcones: qui consequendæ felicitatis æternæ magis, quàm hujus caducæ recuperandæ vias ac rationes se edocerent. Ita plane tædere ceperat rerum humanarum, totâque mente conceperat illud Apostoli votum, CUPIO DISSOLVI, Die mensis hujus quinto, circa noctem pejus habere cæpit, & cum non posset sibi non augurari quid immineret, ante omnia de impetranda peccatorum suorum venia sollicita Virum reverendum, & clarissimum DN. M. CHRISTIANUM MICHAELIS ad S. Jacobi Pastorem vigilantissimum ad se vocari curavit, à quo, postquam exomologesin summâ devotione animi fecisset, sacrosanctis mysteriis procurata est. Ex quo cum remisisset omnes caducarum rerum curas, se soli permisit DEO: secutura libenter quandoque evocaretur. Nec defuit voto DEUS, & maximè avidam secum jungi, die XIII. Maij sub medium horæ tertiæ pomeridianæ quadrantem.


cisset viva, & suo sexui haecenus egregium pietatis, modestiae, probitatis, frugalitatisque praeluxisset exemplum. Ad Horam I. efferetur postea, & humabitur. Cujus exequias ut frequentes obire velitis, Cives ACADEMICI, & nos hortamur magnopere, & vestri quoque officii erit. P. P. Rostochi d. XVI. Maij


ANNO dñi MDCXLIIIX.


Conventus fiet in Aede B. Jacobi sacra,
hora prima pomeridiana.












hil se ardentius à DEO peter
tiam, ut si diutius superstitem
tare & cætui sacro interesse pa
alias per valetudinem licuit, &
perare frequenter visa fuit: ne
æquè audivit libenter, quàm v
nes: qui consequendæ felicit
quàm hujus caducæ recupera
nes se edocerent. Ita plane tæd
humanarum, totâque mente
Apostoli votum, CÛPIO D
mensis hujus quinto, circanoc
cæpit, & cum non posset sibi r
immineret, ante omnia de imp
rum suorum venia sollicita Vir
& clarissimum DN. M. CHRI
CHAELIS ad S. Jacobi Past
mum ad se vocari curavit, à qu
mologesin summâ devotione a
rosanctis mysteriis procurata
remisisset omnes caducarum r
li permisit DEO: secutura li
cunque evocaretur. Nec defuit
maximè avidam secum jungi,
sub medium horæ tertiæ pomer



hanc gra
npla visi
quantum
cras pro
croama
i præco
æ magis,
ac ratio
t rerum
at illud
I. Die
habere
ari quid
eccato
ndum
M MI
antisfi
m exo
et, sa
o cum
s, se so
uando
UIS, &
Maij
adran
tem